Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



potentiores ac uehementiores aduersus militem xpi
destinauerunt. qui nichil penitus preualuerunt an
tonio uirilitate reluctantem. Itaque nichil eis profecerunt
tales tanteque eorum insidie. tota magica arte &
nigromantia quesitae. ut per hec euidentissime comproba
rent magnam uirtutem inesse professioni xpianorum. quibus
ille tam seue umbre nichil antonium non solum ledere. sed
ne puncto quidem de habitaculo suo ualuerunt per
turbare. Per hac igitur admiratione stupefacti philosophi.
confestim ad sanctum antonium uenerunt. inpugnationum
suarum magnitudinem. & causas atque insidias liuoris
sui ei patefecerunt. & xpianos se fieri protinus popos
cerunt. Cumque diem ab illis proditae inpugnationis requi
reret. indicauerunt. Asserunt autem se beatus anto
nius amarissimis cogitacionum stimulis tunc fuisse
pulsatum. Unde autem beatum antonium ita non numquam
in oratione nouimus perstitisse. & eodem in excessu men
tis frequenter dixisse. quid me impedis sol. qui ad hoc
iam oriris. ut me abhuius ueri luminis abstrahas clari
tate. Orantem cum solis ortus cepisset infundi. audi
uimus eum in feruore spiritus proclamantem.

Interrogatus abbas iohannes in transitu suo a discipu
lis suis. quod bonum hereditarium eius haberent.
uel quod eius memoriale mandatum possiderent. per
quod possent ad perfectionis culmen facilius peruenire.